

tra conscientia. Et circa hoc tria facit. **P**rimo ostendit quid circa hoc sit bonum ut scy3 eo qd homo facit no habeat co- scientia remordentē. **U**nde dicit. **B**eat⁹ q no iudicat se metipsum id est cuius conscientia eu no reprehendit vl con- demnat in eo qd pbat id est approbat esse faciendū. **S**ed hoc est intelligendū si recta fide approbet aliqd esse faciē- dum. **S**i autē falsa opinio approbat aliqd esse faciendūz puta si arbitrat obsequiū se p̄stare deo ve eo q discipulos xpi interficit. **U**t dicit Jobā. 16. Non excusat ex eo q circa hoc no iudicat semetipm. imo beator esset si circa hoc eu conscientia reprehenderet in q̄ru3 p hoc a peccato magis p̄- hibere. **S**ed in his q sunt licita est intelligendum q hic ap̄tus dicit. **H**oc est ad gloriam hominis p̄tinet q eu sua conscientia no r̄p̄ndat. 2. cor. 1. Gloria n̄ra hec ē te- stimoniū cōscientie nostre. **J**ob. 27. **M**ecū em̄ reprehendit me cor meū i omni vita mea. **S**ecūdo ostendit qd circa hoc sit malū ut scy3 contra conscientia agat. **U**nde dicit. **Q**ui ar̄ discernit id est q habet opinionē fallam q oportuit cibos discernere si manducauerit scilicet cibos quos reputat es- se illicitos damnatus est ex hoc q q̄tum in ipso est habet voluntatē faciendi qd est illicitū r sic delinquit. p̄prio ius- dicio cōdemnatus ut dicit titū. 3. **T**ertio assignat cau- sam eius qd dixerat dicens: **Q**uia non ex fide id est scilicet condemnatus est. **P**otest autē hic fides dupliciter accipi. **U**no modo s̄ fide q ē virtus. **A**lio modo fm q fides dicitur conscientia. **E**t he due acceptiones non differunt nisi fm differentiā p̄ricularis r vniuersalis. **I**d em̄ qd vni- uersaliter fide tenemus. puta vsum ciboz esse licitū vl il- licitū conscientia applicat ad opus qd est factū vel faciendū. **D**icitur ergo **I**deo eu q māducat r discernit esse conde- mnatū. qz hec no est ex fide immo est cōtra fidē id est contra veritatem fidei r cōtra conscientia facientis. **H**e. 11. **S**ine fide ipossibile est placere deo. **E**t q hec sit sufficiens cau- sa cōdemnatiois ostendit subdēs. **U**nde ar̄ qd no ē ex fide pec- catū ē. **E**x quo videt q si ē d̄ i glo. ois vita infidelis pec- catū sit: sic ois vita fidelis ē meritoria in q̄tū ad dei gliaz ordiat s̄ illd. 1. cor. 10. **S**ine manducatis siue bibis si- ue aliqd ali ud facitis. omnia in gloria dei facite. **S**ed de- cendū est q aliter se habet fidelis ad bonuz r infidelis ad malum. **H**am in homie q habet fidē formatā nihil est dā- nationis vl. s̄. 8. dicitur est. **S**ed in homine infideli cas̄ iſi deliatu est bonū nature. **E**t ideo cū aliqs infidelis ex dicta- mine rationis aliqd bonū facit no referendo ad malū finē non peccat. **N**on tñ opus eius est meritoria: qz no est gra- tia informatū. r hoc est qd in glo. dicit. **N**ihil bonuz est sine summo bono id est nullū bonū meritoria est sine gra- tia dei. r vbi deest agnitio vite eterne r icōmutabilis ve- ritatis q scy3 est p̄ fidem falsa virtus est in optimis morib⁹ in q̄tū scy3 no referē ad fidē beatitudinis eterne. **C**ū vō hō infidelis aliqd agit ex eo q infidelis est manifestū est q pec- cat. **U**nde in glo. d̄. **O**pus omne qd no est ex fide pecca- tū est. sic est intelligendū. **O**mne qd est cōtra fidē vl con- tra conscientia peccatū ē. r si ex genere suo bonū ē videat- tur. puta si paganus ad honozē suoz deoz virginitatem fuet vel elemosinā det. hoc ipso peccat. tit. 1. **C**oinq̄natis r infidelibus nihil mundū est. s̄ inq̄nate sunt eoz r mēs r conscientia.

Incipit capitulū quintūdecimū.
Debemus aut nos firmiores ibecillitates infirmoz sustinere. r no no- bis placeat. **U**nusq̄sq; v̄m̄ prio suo placeat i bonū: ad edificatiōz. **E**tem xps no sibi pla- cuit. s̄ sicut scriptū ē. **I**mpropria ipropia tū tibi cecidit sup me. **Q**uecūq; ei scripta

sunt ad n̄faz doctrinā scripta sunt. vt p̄ pati- entia r cōsolationē scripturaz sp̄e habeam⁹. **D**eus aut̄ patientie r solatii det vobis idipm sape in alterutq; fm iesuz xpm: vt vnanimēs vno ore honorificetis deū r patrē dñi n̄ri ie- su xpi. **P**ropter qd suscipite inuicem sicut r xps suscepit vos in honozē dei. **D**ico ei xpm iesum ministrū fuisse circūcisionis p̄pt veri- tatē dei ad cōfirmādas p̄missiones patrū. **G**ē- tes aut sup misericordia honorare deuz sicut scriptū est. **P**ropterea cōfitebor tibi in gēti- bus dñe: r nomini tuo cātabo. **E**t iterū dicit. **L**etami gētes cū plebe eius. **E**t iterū. **L**au- date oēs gētes dñm: r magnificate eu omēs ppli. **E**t rursus esaias ait. **E**t erit radix iesse r qui exurget regere gētes: in eu gētes spe- rabūt. **D**eus aut̄ spei repleat vos omni gau- dio r pace in credēdo vt abūdet̄ in spe r vir- tute spiritus sancti.

Supra apls docuit q maiores debēt scādala infirmoz vis- tare h̄ docet q maiores debēt et infirmitates mīoz susti- nere. **E**t circa hoc duo facit. **P**rimo p̄pōit admonitiōē. **S**ecdo manifestat eā ibi. **A**nuq̄sq; n̄m̄ rē. **I**sta admoni- tiō duo cōtinet quoz p̄mū p̄tinet ad exteriorē actū. **U**nde dicit **N**ō solū debem⁹ scādala infirmoz vitare s̄ et nos q sumus firmiores in fide debem⁹ sustinere ibecillitatē infirmoz. **S**icut em̄ in materiali edificio eligunt aliq firmio- ra ad sustinēdū totū edificij p̄odus: qd ex fragiliori matia suppōit. sic sunt fundamēta r colūne. ita et in sp̄iali ecclie edificio nō solū eligunt s̄yfulgunt aliq firmiores vt s̄ stineāt p̄odus alioz. **U**n̄ in ps̄ d̄. **E**go firmavi colūnas eius. **E**t gal. 6. **A**lt̄ alteri onera portate. **S**ustinēt aut̄ firmiores ibecillitates infirmoz dū eoz defectus patienter ferūt r p̄ posse subleuare nitunt̄. **S**cōm̄ aut̄ p̄tinet ad interiorē intētiōē. **U**nde d̄. **E**t nō debemus nob placere ita scy3 vt p̄ illd velim⁹ ipleri qd nob placet r q̄ sunt nob vtilia. 1. cor. 10. **S**ic r ego p̄ oia oib⁹ placeo. **U**nde de- cū dicit **A**nuq̄sq; v̄m̄ rē. manifestat p̄positā admonitiō- nē r p̄mo q̄tū ad scōdaz p̄tē. **S**ecdo q̄tū ad p̄mā ibi. **P**ro- pter qd suscipite inuicē rē. **C**irca p̄mū duo facit. **P**rimo expōit qd dixerat. **S**ecdo rōez iducit ibi. **E**t enim xps non sibi rē. **D**icit ergo p̄mo **I**ta dicitur est q nos nō debem⁹ nos bis placeat. **E**t hoc qd ē qz vnusq̄sq; n̄m̄ q sum⁹ firmio- res debet placere prio suo infirmo id ē cōdescēdere ei i his q ei placēt nō tñ in his q mala sūt. sic **E**sa. 3. qdā req̄runt **L**oq̄mini nob placētia rē. **E**t ideo subdit. **I**n bonū. **S**i- milit̄ et nō debem⁹ intēdere vt p̄oib⁹ placeam⁹. p̄pt̄ huius- manū fauorē vl gliam cū in ps̄. d̄. **D**e⁹ dissipauit ossa eos rā q homib⁹ placēt. **S**ed ad honozē dei r vtilitatē prio- rum. **U**nde subdit. **A**d edificatiōē. 1. p̄pt̄ hoc q aliozū volūtati cōdescēdētis ip̄i edificēt̄ in fide r dilectiōe xpi s̄. 14. **Q**ue edificatiōis sunt iuicē custodiam⁹. **U**nde de- cū dicit. **E**tem xps rē. assignat rōez et qd dixerat exē- plo xpi. **E**t p̄mo p̄pōit exēplū xpi. **S**ecdo ostendit ei exēplū eē nob imitādū ibi. **Q**uecūq; scripta sūt rē. **T**ertio s̄bi- git orōez vt id iplere possim⁹ ibi. **D**e⁹ ar̄ pacē rē. **C**irca p̄- mum duo facit. **P**rimo p̄pōit exēplū dicens: **D**icitur est q non debem⁹ nobis placere scilicet fm nostrā priua- tam voluntatē. **E**tem xps qui est caput nostz nō sibi pla- cuit dū elegit pati p̄ nostra salutē ea que sue p̄prie vo- luntati erant cōtraria scilicet naturali voluntati humani

Ad Romanos

ne ut impletet diuinā q̄ sibi et patri erat cōmunis. fm illō
Mat. 26. Non mea volūtas sed tua fiat. Secūdo ad hoc
auctoritatē inducit dicens. Sed sicut scriptum est in ps̄.
ex p̄sona x̄pi dicentis ad patrē. O pater ip̄opera iudeoꝝ
rum ip̄operantiū tibi id est te blasphemantiū p̄ sua mala
opera. et p̄ hoc q̄ veritati tue doctrine contradicūt cecide
runt super me: quia videlicet opprimere me voluerūt: q̄
voluntatē tuam eis p̄ponebā et eorū mala opera redargue
bam Jo. 8. Sed oderunt me et patrē meū. Potest et hoc
referri ad peccata totius hūani generis q̄ omnia pecca
ta quodammodo sunt ip̄opera dei in q̄tū p̄ ea lex dei cō
remnitur Esa. 1. Derelinquerūt dñm blasphemauerūt s̄a
ctum isrl̄. Sic ergo ip̄opera ip̄operantiū deo ceciderūt
super x̄pm in q̄tū ip̄e. p̄ peccatis omnīū mortuū est. Esa.
53. P̄e posuit i eo iniquitatē omnīū nostr̄. 1. Pe. 2. Pec
cata nostra prulit in corpore suo sup lignū. Deinde cuꝝ
dicit. Quocunq̄ em̄ scripta sunt et ostendit q̄ hoc exem
plū x̄pi sit nobis imitandū dicens: Quocunq̄ em̄ scripta
sunt in sacra scriptura: vel de x̄po vel de mēbris eius scri
pta sunt ad nostrā doctrinā. Nulla em̄ necessitas fuit hec
scribere nisi p̄ nos ut ex his instruamur. 2. thi. 3. Om
nis doctrina diuinitus inspirata vtilis est ad docendū et
erudiendū et. Quid autē in scripturis ad nostrā doctri
nam cōtineat ostendit subdens. Et p̄ patientiā et consola
tionē scripturaz id est quas scripture continēt. Continēt
enim in sacra scriptura patientiā sanctorū in malis sustinen
dis. Jac. ultimo. Patientiā iob audistis. Continēt etiā
in eis cōsolatio quā deus eis exhibuit fm illud ps̄. Sed
multitudinē dolorū meorū in corde meo cōglationes tue
lētificauerunt animā meā. Et. 1. Pe. 1. dicit. P̄nunciā
ans eas que in x̄po sunt passiones. quod prius ad patien
tiaz. et posteriores glorias q̄ p̄inet ad gloriā. Quē
autē fructū ex hac doctrina suscipiamus ostendit subdens
Spem habeam. Per hoc enim q̄ ex sacra scriptura in
struimur eos qui patientē p̄pter deus tribulationes susti
nerunt diuinitus cōsolatos fuisse ip̄es accepim⁹ vt et ip̄i
cōsolemur si in ip̄is fuerim⁹ patientes. Job. 13. Et si oc
ciderit me in ip̄o sperabo. Deinde cū dicit. Deus autē
patientie et. q̄ videbat nimis arduū vt pur⁹ homo pos
sit exemplū x̄pi imitari fm illud Eccl. 2. Quid est homo
vt sequi possit regē factorem suū. ideo adhibet orationis
suffragiū dicens. Deus autē patientie sc̄z dator. ps̄. Tu
es patientia mea. Et solatiū. 1. qui spirituale cōsolationē
largit. 2. cor. 1. Pater mihi cordiaz et reus totius cōso
lationis det vobis a quo est omne datū optimū vt dicitur
Jac. 1. Adipsum sapere in alterutq̄ id est vt inuicē idē sa
piatis et. 2. cor. ultimo. Idē sapite. pacē habere. Ad q̄
dem fm cōsensum in peccatū: sed sc̄m iesum x̄pm. de
quo dicit ep̄he. 2. Ip̄e est pax nostra q̄ fecit vtracq̄ vnū
Et per hoc q̄ idē sapiētis vnanimēs existēs p̄ fidei et
charitatis cōsensum fm illud ps̄. fm aliō l̄raz. Qui ha
bitare facit vnanimēs in domo. Vno ore id ē vna oris cō
fessione q̄ ex vnitatē fidei p̄cedit. 1. cor. 1. Adipsum dica
tis omnes. vt p̄ cōformitatē cordis et oris honorificetis
deū omnīū creatorē. idē em̄ existētē patrē dñi n̄ri iesu
x̄pi p̄ quē nos sibi in filios adoptauit. 1. reg. 2. Qui ho
norificauerit me honorificabo eū. Mat. 1. Si ego pat̄ vbi
est honor meus. Deinde cū dicit. Propter q̄ suscipi
te inuicē. manifestat p̄mā p̄tē admonitionis. In qua dixit
rat q̄ firmiores debēt ibecillitatē infirmorū sustinere. Et
circa hoc duo facit. Primo resumit admonitionē. Secū
do inducit rationē exemplo x̄pi ibi. Sicut et x̄ps et. Ter
tio subiungit orationē ibi. Deus autē spei et. Dicit ergo
primo p̄pter q̄ id est q̄ ea q̄ scripta sūt ad nostrā doctri
nā ordinant sc̄z exempla x̄pi et aliorū sanctorū. consequen
ter suscipite inuicē fm caritatis affectū vt sc̄z vnus susti

neat ea que sunt alterius sicut et vult se sustineri q̄m cari
tas p̄mittit. et vnus aliū etiā suscipiat ad iuuandū et p̄mo
uendū. 8. 14. Infirmū in fide suscipite. Deinde cū di
cit. Sicut et christus suscepit vos et. assignat rationē ex
emplo christi et primo ponit eius exemplum dicens: Si
cut et christus suscepit vos sc̄les in sua p̄fectione et cura.
Esa. 42. Ecce seruus meus suscipiā eū. Luc. 1. Susci
pit isrl̄ puerū suū recordat⁹ ē misericordie sue. Et hoc in bo
norē dei in quē omnia referebat Jo. 8. Non dico patrē
meū et vos inhonorastis me. Ex quo datur intelligi q̄ et
nos inuicē debem⁹ suscipere in his q̄ p̄tinent ad honores
dei. Secundo ibi. Dico em̄ x̄pm et. manifestat q̄ dixit
rat. et primo q̄ dem q̄m ad iudeos. Secūdo q̄m ad genti
les ibi. Gentes autē et. Dicit ergo p̄mo dictum est q̄ x̄ps
vos suscepit q̄ estis congregati in vnitatē fidei ex iudeis
et gentilibus. Et hoc pater q̄m ad vtroscq̄. Dico q̄ x̄pm
ministrū fuisse circūcisionis. Est em̄ ip̄e actor fidei q̄m
ad omnes fm illud he. 12. Aspicientes in actorē fidei et
Sed in propria persona non exhibuit seipsum nisi iudeis
fm illud Mat. 15. Non sū missus nisi ad oues q̄ perierūt
domus israel. Esa. 65. Nō audiet vox eius foris. Et hoc
quidē p̄pter veritatē dei: vt sc̄z veritas dei p̄mittit cō
probare. 8. 3. Est autē deus verax. Unde subdit. Ad cō
firmandas p̄missiones pat̄ id est vt p̄ hoc implerentur
p̄missiones patribus facere Luc. 1. Ererit cornu salutis no
bis in domo dauid pueri sui sicut locutus es p̄os sanctorū
2. cor. 1. Quotquot sunt p̄missiones dei in illo ē. De
inde cū dicit. Gentes autē et. Ostendit etiā gentes susci
ptas a x̄po. Et primo p̄ponit q̄ intendit. Secūdo cōfir
mat p̄ auctoritatē ibi. Sicut scriptum est et. Dicit ergo.
Ita dicit ē q̄ x̄ps suscepit iudeos p̄pter veritatē dei vt p̄
missiones pat̄ implerent. gentibus autē nō erant p̄
missiones facere. Unde hoc nō habet locū q̄m ad gētilēs
sed sunt p̄pter misericordiā suscepti. Et hoc est q̄ dicit
Gentes autē debēt honorare deū sup misericordiā eis ex
hibita per x̄pm: q̄ licet eis p̄sonaliter non p̄dicauerūt ad
eos tamē discipulos suos misit qui in gentib⁹ ministeriū
predicationis exercuerunt. sicut ip̄e exercuerat in iudeis
fm illud Mat. ultimo. Euntes docete omnes gētes. Et
d̄ hac misericordiā dicit in ps̄. Misericordiā dñi plena ē
terra. Luc. 1. Misericordiā eius a p̄genie in p̄genies et
mentibus eius et. Sic ergo ap̄l̄s cōuersionē iudeorū attri
buit veritati diuine. cōuersionē gentiliū diuine miseri
cordie. Contra q̄ videt esse q̄ dicit in ps̄. Anuerse vie
dñi misericordiā et veritas. Sed dicitū est q̄ p̄ hoc q̄ as
scribit vocationē iudeorū diuine veritati nō excludit miseri
cordiā: q̄ et ap̄l̄s ex iudeis natus dicit. 1. thi. 1. Miseri
cordiā consecutus sum. Et hoc ipsum misericordie fuit
q̄ deus patribus p̄missiones fecit de posteriorū salute.
Similit̄ et p̄ hoc q̄ vocationē gentiū ascribit diuine mi
sericordie nō excludit totalit̄ diuinam vnitatē: q̄ hoc ip̄m
ad diuinā vnitatē p̄tinebat q̄ p̄positū suū de saluatōe gē
tiū impleuit q̄ ad ep̄b. 3. dicit ap̄l̄s eē sacramētū absconditū
a seculis in deo. Sed aliq̄s mod⁹ veritatē. s. p̄ plētiōe p̄
missorū p̄siderat i vocationē iudeorū q̄ nō p̄siderat i vocatio
ne gētiū q̄m p̄missiones nō sunt facere. Deinde cū dicit.
Sicut scriptū ē et. confirmat q̄ dixerat de p̄uersionē gēti
um p̄ auctoritatē. Licet em̄ gētib⁹ nō fuerit re. p̄missa vo
catio ad fidē x̄pi nō tū ex ip̄ouiso accidit: s̄z fuit p̄nunciata
vaticinijs p̄phaz. Inducit autē quorū auctoritates quax
p̄ma p̄tinet gr̄az actiones x̄pi ad patrē p̄ p̄uersionē gētiū
p̄ ip̄m factā. An dicit. Sic scriptū ē in ps̄. ex p̄sona x̄pi.
17. Constitues me in caput gentiū et ab insurgētib⁹ i me
iudeis exaltab me o de⁹ p̄ ego x̄ps p̄stebor tibi p̄fessione
gr̄az actōis i gētib⁹. 1. p̄ gētiū p̄uersionē p̄ me facta et cō
tudo noua quadam mētis exultatione nomini tuo q̄ eis

XV. ca.

manifestum est fin illud Johan. 17. Manifestavi nomē tuū hominibus quos dedisti mihi. **Uel** alit. **Uel** tebor tibi in gentibus id est faciā q̄ tibi, gētes cōfiteant cōfessio, ne fidei. ps. **Uel** tibi populi deus cōfiteant tibi populi omnes. et nomini tuo cātabo id est faciā q̄ gētes cantent tibi canticū qd cōfistit in exultatiōe spūs renouati. ps. **Uel** cantate dño canticū nouum. cārate dño oīs terra. **Secunda** auctoritas continet adunatiōe gentiū et iudeorum. **Uel** subdit. **Et** itez dicit scriptura **Esā. 35.** **Uel** etiam gentes cū plebe eius id est simul cōmunē exultatiōem assumatis cū iudeis qui olim grāt plebs est. **Esā. 9.** **Uel** etiam coram te sicut qui letant in messe. **Jo. 10.** **Uel** fiet vñs ouile et vnus pastor. **Uel** nostra autē lra habet. **Uel** etiam cum hierusalē et exultate in ea omnes q̄ diligitis eā. **Uel** etiam auctoritas continet deuotiōe gentiū ad deum. **Uel** subdit. **Et** itez scriptū est in ps. **Uel** laudate omnes gentes dominū salicet eius bonitate cōfidentes. ps. **Uel** solis ortu vsq̄ ad occasu laudabile nomē domini. **Uel** omnes populi non solū populus iudeoz magnificat eū id est credi te magnū id est q̄ sua magnitudine omne laudē excedat. ecc. 43. **Uel** benedicētes dñm exaltate illū qm̄ potestis. maior est em̄ omni laude. **Mal. 1.** **Uel** ortu solis vsq̄ ad occasum magnū est nomē meū in gentibus. **Quarta** auctoritas continet reuerentiā gentiū ad xpm̄. **Uel** subdit. **Et** rursus **Esā. 11.** **Uel** erit radix yesse. **In** quo p̄nūciat xpi originē et dauid semine nasciturū. **Uel** nāq̄ fuit pater dauid. **Uel** erit radix yesse ex cuius pullulatiōe xps nascet. **Esā. 11.** **Uel** egredietur virga de radice yesse et flos et. **Uel** dicitur erit radix yesse: quia licet ex yesse, p̄cesserit fin carnis originē tamē sua virtute yesse iustitiam et gratiam ei influxit. **Uel** 11. **Uel** non tu radice portas s; radix te. **Uel** deinde tangit xpi officii subdens. **Uel** qui exurgit in tantā gratie excellentiā vt possit regere gētes eos diuino cultui subiugando quod nullus ante eū facere potuit. ps. **Uel** dabo tibi gentes hereditatē tuā. **Uel** Reges eos in virga ferrea. **Uel** ultimo ponit deuotiōe gentiū ad christum dicens. **In** eum gentes sperabunt. vt salicet per eū hereditatē celestis glorie consequantur. **Uel** 1. **Uel** Regenera uit nos in spem viuā per resurrectionē iesu christi ex mortuis. **Uel** deinde cū dicit. **Uel** autē spei et. subiungit orationē dicens: dicitū est q̄ in christū gentes sperabūt. **Uel** us autē spei id ē qui nobis hanc spem infundit fin illud ps. **Uel** spes mea domine. **Uel** deus spei id est in quo sperandum est repleat vos omni gaudio scz spūali qd est de deo **Hee. 8.** **Uel** gaudiū em̄ domini est fortitudo v̄ra p̄ quā hō in seipso et ad deū et ad primum est pacatus. ps. **Uel** Pax multa diligentibus legē tuā domine. **In** credendo. **Uel** quasi dicit. **Uel** cū hoc q̄ creditis etiā pacem et gaudiū habeatis que quidem sunt caritatis effectus. fin illud gal. 5. **Uel** fructus autem spūs sunt caritas gaudiū pax. **Uel** unde patet q̄ a deo qui est dator spei optat eis vt cū fide habeant caritatem per quā fides operat. vt gal. 5. **Uel** fides eoz sit infortis et mortua: quia fides sine operibus mortua est. vt dicitur **Jac. 2.** **Uel** vt sic p̄ plenitudinē harū virtutū abūdet p̄ficiendo de bono in melius. nō solū i spe sed etiā in virtute spiritūs sancti id est in caritate que in cordibus nostris diffundit per spiritūs sanctū vt. s. 5. dicitū ē. 2. cor. 9. **Uel** dō tēs est aut dōs omne gratiā abūdere facere in vobis.

Lectio secunda.

Qertus suz autem fratres mei et ego ipse de vobis: quoniam et ipsi pleni estis dilectione. repleti omni scientia. ita vt possitis alterutrum monere. Audacius autem scri

si vobis fratres ex parte. tanquam in memoria vos reducens propter gratiam quam data est mihi a deo vt sim minister christi iesu in gentibus sanctificans euāgelium dei: vt fiat oblatio gentium accepta et sanctificata in spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in christo iesu ad deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum que pro me non efficit christus in obedientiam gentium in verbo et factis in virtute signorum et prodigiorum in virtute spiritus sancti. ita vt ab hierusalē per circuitum vsque ad illiricum repleuerim euāgelium christi. Sic autem predicauimus euāgelium hoc. non vbi nominatus est christus ne super alienum fundamentum edificare: sed sicut scriptum est **Quoniam** quibus non est annūciatum de eo videbunt: et qui non audierunt de eo intelligent.

Postquam apostolus generalibus ammonitionibus romanos instruxerat: hic incipit eis quedam familiaria scribere. Et primo quedam pertinentia ad seipsum. Secundo quedam pertinentia ad alios. 16. cap. ibi. **Comedo** autem vobis phesben et. Circa primū tria facit. Primo excusat prescriptio nem de hoc q̄ eos instruxerat et reprehenderat. Secundo excusat suā tarditatem circa visitationē eoz ibi. **Propter** quod plurimum impediēbar. Tertio petit suffragia orationum ipsoz ibi. **Obsecro** autē vos fratres et. Et circa primum duo facit. Primo excludit oppositā causam instruedi et arguēdi eos. Secundo assignat verā causā ibi. **Audacius** enim scripsi et. Circa primū considerandū est q̄ aliquis possit credere apostolū ideo scripsisse romanis quia estimaret nullū esse apud romanos qui possit instruere et corrigere. Sed hoc ipse excludit dicens. **Certus** sum enim fratres mei p̄ ea que de vobis audiui quoniam idonei estis ad admonendū qui inter vos admonitiōe indigent. **Ad** hoc autē vt aliquis recte admo neat duo requirunt. quoz primum est vt nō ex odio vel ira sed ex dilectione moneat. s; illud ps. **Corripiet** me iustus in misericordia. **Et** gal. 6. **Uel** qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. **Et** quum ad hoc dicit. quoniam et ipsi pleni estis dilectione. **Et** 16. **Uel** imple manū tuā prunis ignis qui sūt iter cherubin qui est ignis caritatis. **Secundo** requirit scientia veritatis eo q̄ quidā habent zelū vel in corrigendo s; nō fin scientiā vt. s. 10. dicitū est. **Et** ideo subdit. **Repleti** omni scientiā scilicet et humana et diuina et veteris et noue legis. 1. cor. 1. **In** omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo et in omni scientiā. **Et** ex hoc claudit sic. **Ita** vt possitis cōuenienter propter dilectionē et scientiā alterutrum monere. **Quia** enim in multis offendimus omnes vt dicit **1ac. 3.** **Oporet** vt inuicē moneamus: quoniam vt dicit ecc. 17. **Uel** cuiusq̄ mādauit de deo primo suo. **Uel** de cū dicit **Audacius** et. assignat verā causā quare eos ammonuerat et correxerat. **Et** circa hoc duo facit. Primo ostendit q̄ hoc ptinebat ad auctoritatē apostolatū sibi commissam. Secundo ostendit qualiter hac potestate vsus fuerit ibi. **Habeo** igitur gloriā et. **Dicit** ergo **Audacius** autē id est securius scripsi vobis errores et defectus vsos arguendo. qd qd ad audaciē p̄sumptionē posset ascribi. p̄ hoc q̄ offensionē v̄ram nō timui. **Job. 39.** **Audacē** in cursu p̄git armatis. **Sed** hec p̄sumptio excusat ex tribus. Primo qd ex p̄ditiōe eoz qd scribebat qd si in roma nos essent aliq̄ respectu quozū talis reprehēso audax et p̄sumptiuosa videretur. erant tñ aliq̄ q̄ indigebāt dura rep̄

Ad Romanos

hensione propter contentionum insolentiam. titū. primo Increpa illos dicit. Et hoc est quod dicit. **Ex pre.** Quasi si dicat. **Hō** videt mea scriptura esse audax quum ad oēs vos: sed quum ad partem aliquam vestrum. **Vel** potest intel ligi ex pre epistole in quos reprehendit. **Pōt** intelligi et ex parte ecclesie que scilicet mecum est. **Sed** excusat predicta audacia ex intentione apostoli. **Hō** em scripsit eis tanquam instruens ignorantem sed in memoria eos reducens cognos torem. **Et** hoc est quod subdit. **Tanquam** in memoria vos re: ducens quasi oblitus eorum que sciebat sicut et phil. 4. di citur. **Occupati** autē eratis. heb. x. **Rememoramini** pri stinos dies in quibus illuminati magnū certamē sustinui stis passionū. **Tertio** excusatur ex auctoritate apostoli quod hoc requirebat. **Unde** subdit. **Per gratiā** scilicet aposto: latus mihi commissi. 1. cor. 15. **Gratiā** dei sum id quod sum. **Huius** autē gratie primo describit auctoritatē cum dicit. **Que** data est mihi a deo. **Quasi** diceret. **Hō** ab homini bus. gal. 1. **Paulus** apostolus nō ab hominibus neque p: hominē. **Secundo** specificat istam gratiā cum dicit. **Et** sim miter christi iesu in gentibus id est ut seruus xpo in ge: tium cōuersione. 1. cor. 4. **Et** nos exultum et homo ut mi nistros christi supra. 11. **Quamdiu** sum gentiū apostolus ministeriū meum honorificabo. **¶ Tertio** ostēdit huius actū cum dicit. **Sanctificans** euangeliū dei id est sanctū esse ostendens et verbo et opere bone cōuersionis et mi raculorum. col. primo. **In** verbo veritatis euangeliū quod peruenit ad vos sicut et in vniuerso mundo est et fructif: cat et crescit. prouer. 8. **Recti** sunt sermōes mei. **¶ Quar: to** ponit finē huius gratie cum dicit. **Et** fiat oblatio gen: tium id est gentes per meū ministeriū cōuerse. **In** quo quod si quoddam sacrificium et oblationes deo obruli scdm illud phil. 2. **Et** si immoloz super sacrificiū et obsequiū fidei. **Ve** stre gaudeo et congratulor omnibus vobis. **¶ Fiat** accepta scilicet deo per rectitudinē. ps. **Tunc** accipietis sacrifici: cium iusticie oblationes et holocausta. **¶ Et** sanctificata in spiritu sancto id est per caritatē et alia spiritus sancti dona 1. cor. 6. **Sanctificati** estis in nomine domini nostri iesu christi et in spiritu dei nri. **¶ Deinde** cum dicit. **Habeo** igitur gloriā et ostendit quomodo auctoritate apostolica fuerat vsus. **Et** primo ponit fructū quem fecit. **Secundo** ostēdit huius fructus magnitudinē ibi. **Ita** ut et. **Tertio** ostendit difficultatē ibi. **Sic** autē predicavi et. **¶ Circa** pri mum tria facit. **Primo** dat gloriā deo de fructu quē fecit dicens. **¶ Igitur** quia talē gratiā accepi et diligenter execu: tus sum id ad quod mihi hec gratia data est: habeo gloriā am sicut fidelis minister. 1. cor. 9. **Melius** est mihi mori quam ut gloriā meā quā euacuet. **Sed** hanc gloriā nō mihi prin cipaliter attribuo: sed eā habeo in christo iesu id est per ie sum christū cuius virtute fructificare potui. **¶ 1o** 15. **Quinē** me nihil potestis facere. **Et** quia christo oīa tradita sunt a patre ut dicit **Mat. 11.** **Et** pater in eo manens ipse facit opera. **¶ 2o** 14. **Ideo** vltērius hanc gloriā refert ad patrē dicens. **Ad** deū scilicet patrē. ps. **Non** nobis domine nō nobis sed nomini tuo da gloriā. **¶ Assignat** autē rationem eius quod dixerat subdēns. **Non** enim audeo loqui aliqd eorum que per me non efficit christus. **Quasi** dicat. **Ni** hil referā de fructu p me facto quod p me factū nō sit. **¶ Alio** quin gloriā non haberem apud deū et si apud homines. **¶ Que** quidē refero nō tanquam per me principaliter facta: sicut que per me christus fecit. **Et** ideo hanc gloriā vi: xi me habere in christo iesu. **¶ Esa. 26.** **Omnia** opera nō stra operatus est in nobis. **¶ Secundo** ponit ipsum fructus dicens. **In** obedientiam gentium. **Quasi** dicat. **¶ Gloriā** mea hec est: pro eo quod feci gētes fidei obedire. supra primo **Ad** obediendum fidei in omnibus gentibus. psalmista.

In auditu auris obediuit mihi. **¶ Tertio** ostendit quomodo gentes ad hanc obedientiā adduxerit. **¶ Quia** autem supra. x. dictum est fides ex auditu: auditus autē per verbum christi. **¶ Primo** dicit in verbo id est per verbum pre dicationis fidei. **¶ Argumenta** autem fidei predicatē: sunt bona cōuersatio predicantis. et quum ad hoc subdit. **Et** factis. quasi scilicet per recta opera vos ad fidem allexi. **¶ Mat. 5.** **Videant** opera vestra et. **¶ Et** opera miraculorum quibus deus dat testimonium doctrine predicatē fm illud **Mat. 23.** **Domino** cooperante et sermonem cō firmante sequentibus signis. **¶ Unde** subdit. **In** virtute si gnorum id est miraculorum minorū puta sanatiōes egris rudinū. **¶ Et** prodigiorū id est maiorum miraculorū que ex sua magnitudine aliqd magni portēdunt id est ostendunt. **¶ Sed** hoc totū non sufficeret nisi spiritus sanctus intus cor da audierit ad fidem cōmoueret. **¶ Unde** dicitur act. 1. quod loquente petro verba fidei cecidit spiritus sanctus super om nes qui audiebant illū. **¶ Et** ideo subdit. **In** virtute spiri: tus sancti. heb. 2. **Contestāte** deo signis et prodigijs et varijs spiritus sancti distributionibus. **¶ Deinde** cum dicit. **Ita** ut ab hierusalem et. ostendit magnitudinē fructus ex multitudine locorū in quibus predicauit dicens: **Ita** ut in ticipiens ab hierusalem vbi in principio sue cōuersionis predicauit in sinagogis iudeorū ut dicitur act. 9. ut sic im pleret quod dicitur **Esa. 2.** **De** syon exiit lex et verbus domini de hierusalē. **¶ Usque** ad illiricū quod est mare adriati cum ex parte opposita ytalie repleuerim euangeliū christi id est omnia illa loca repleui predicatiōe euangeliū. **¶ Et** ne aliquis intelligat quod solum vadēs per rectā viā a hierusalem in illiricū predicauerit euangeliū addit. **¶ Per** circuitum. quia scilicet gentibus circumquaque predicauit et eas ad fidem cōuertit. **¶ Unde** sibi potest cōpetere quod dicitur **Job. 38.** **Quis** dedit vehementissimo ymbri cursū. **¶ Deinde** cum dicit. **Sic** autē predicavi et. ostendit difficul tatem hunc fructū faciendi. **¶ Difficile** enim est omnino ignaros ad fidē cōuerrere. **¶ Primo** igitur difficultates se passum ostendit dicens. **Sic** autē predicavi euangelium non vbi nominatus est christus id est non apud illos quō men christi audierant. ps. **Populus** quē nō cognoui seruiuit mihi. **¶ Esa. 55.** **Ecce** gentes quas nesciebas voca: tabis et gentes quē te nō cognouerunt ad te currēt. **¶ Sub** dit autem rationē dicens. **Ne** super alienum fundamen tum edificatē. **¶ Potest** autē alienum fundamentū dupli: ceter intelligi. **¶ Uno** modo doctrina heretica que est aliena a vere fidei fundamēto. **¶ Et** sic hoc quod dicit. **Ne** pōitur causaliter. **¶ Ea** enim intentione apostolus voluit predica: re illis qui nomen christi non audierant ne si preuenti es sent a doctrina pseudoapostolorū. **¶ Difficilius** esset eos ad veritatē reducere. **¶ Unde** **Mat. 7.** dicitur. **Stultus** est qui edificat domū suam super barenam cui comparatur falsa doctrina. **¶ Alio** modo per alienū fundamentū potest intelli gi doctrina vere fidei ab alijs predicata. **¶ Et** sic potest sus mi ly ne consecutiuē. **¶ Non** enim vitauit apostolus predi care illis quibus ante fuerat ab alijs predicatus. sic ipse romanis specialiter predicauit quos prius petrus instru xerat: sed eo predicatē illis qui nihil de christo audierāt consecutum est ut non edificaret super alienū fundamen tum sed ipse iaceret prima fidei fundamentū fm illud. 1. cor. 3. **¶ Et** sapiēs architectus fundamentū posuit. **¶ Se** cundo ad hoc quod dixerat auctoritatē inducit dicens: **Sicut** scriptum est **Esa. 2.** **Quoniam** quibus non est annūciatum de eo videbunt et qui non audierunt contem plati sunt. **¶ In** quibus verbis propheta videtur predicare quā gētes excellētiorē mō ad cognitiōes dei eēt pūcturi quam iudei quā nō cognouerāt. ostēdit quod primo excellētā quā ad

XV. ca.

causam cognitionis que scilicet duplex est: scilicet verba audita et res visæ. Hi ei duo sensus sunt disciplinabiles. **I**ndel ergo in noticiam misteriorum christi puenunt per verba annuntiata eis a prophetis. **1. Pe. 1.** Prophete qui de futura in vobis gratia prophetauerunt scrutantes in quibus vis qua le ipse significaret eis spiritus christi pronuntias eas qui in christo sunt possessiones et posteriores glorias. Sed gentiles huiusmodi christi misteria iam realiter impleta videt ideo dicit: **Qui gentes quibus non est annuntiatus prophetas de eo id est de christo sicut fuit annuntiatum iudeis videbunt res iam impletas. Luc. 10.** Multi reges et prophete voluerunt videre que videtis et non viderunt. **Secundo** ostendit excellentiam spiritum ad modum cognoscendi quod iudei ex annuntiatione prophetarum solum audire non habebant. **Abdie. 1.** Audire non audimus a domini legatos ad gentes misit. Sed gentiles ex visione intellectum perceperunt: Unde dicit. **Et gentiles scilicet qui ante non audierunt pronuntiarum christum per prophetas intelligunt scilicet fidei veritate. ps.** Et nunc reges intelligite etc.

Lectio tertia.

Propter quod impediabar plurimum venire ad vos et prohibitus sum usque adhuc. **Hunc vero ulterius locum non habes in his regionibus. cupiditate autem habes veniendi ad vos ex multis iam precedentibus annis: cum in hispaniam proficisci cepero: spero quod preteriens videam vos et a vobis deducar illuc: si vobis primum ex parte frui fuero. Hunc igitur proficiscar in hierusalem ministrare sanctis. Probaerunt enim macedonia et achaia collationes aliquas facere in pauperes sanctorum qui sunt in hierusalem. Placuit enim eis et debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum principes facti sunt gentiles debent in carnalibus ministrare eis. Hoc igitur cum consummauerit et assignaero eis fructum hunc: per vos proficiscar in hispaniam. Scio autem quoniam veniens ad vos: in abundantia benedictionis christi veniam. Obsecro ergo vos fratres per dominum nostrum iesum christum et per charitatem sancti spiritus ut adiuvetis me in orationibus vestris pro me ad deum: ut liberer ab infidelibus qui sunt in iudea: et obsequium meum oblatio accepta fiet in hierusalem. ut veniam ad vos in gaudio et voluntate dei ut refrigerer vobiscum. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis Amen.**

Postquam a plura excusavit se de assumptione que ei potuisset ascribi ex hoc quod romanos instruxerat et correxerat: hic se excusavit quod eos visitare distulerat. **Et circa hoc tria facit. Primum** ponit impedimentum visitationis preteritum. **Sed** ponit visitandi propositum ibi. **Hunc vero ulterius etc.** Tertio pronuntiat visitationis fructum ibi. **Scio autem etc.** Dicit ergo primo. Dicitur est per dilectum euangelium per multa loca in quibus christus non fuerat nominatus. propter quod hactenus impediabar plurimum ex huiusmodi occupatione venire ad vos. **Et istud impedimentum visum nunc duravit: Unde subdit. Et prohibitus sum usque adhuc.** Quod quidem potest referri ad multitudinem occupationum quas in alijs locis habuerat. **Et** etiam ad divitiam prouidentiam per quam apostoli impediabant ne pueniret ad quosdam et dirigebant in salutem aliorum. **fm illud act. 16. Transientes**

frigiã et galatie regionem vetati sumus a spiritu sancto loqui vobis in asia. **Unde et supra primo dicitur est. Sepe** proposui venire ad vos et prohibitus sum usque adhuc. **Et hoc est quod dicitur. Job. 37.** de nubibus per quas predicatores intelliguntur. **Lustrant cuncta per circuitum quocumque eos voluerit gubernari duxerit.** **Deinde cum dicit. Hunc vero ulterius etc.** manifestat propositum suum de eorum visitatione. et primo promittit eis suam visitationem. **Secundo** assignat causas quare oporteat eas differre ibi. **Hunc igitur proficiscar etc.** Tertio assignat eis visitationis terminum ibi. **Ad hoc igitur cum consummauerit etc.** Dicit ergo primo. **Ita visum modo sum prohibitus: nunc vero iam peragratis omnibus his locis ulterius non habes locum id est necessitate permanendi in his regionibus in quibus iam per me fundata est fides. cupiditate habes veniendi ad vos ex multis iam precedentibus annis. fm illud. 1. Cor. 13. Desidero enim videre vos ut aliquid impiari vobis gratie spiritualis cum in hispaniam proficisci cepero quo scilicet ire intendebat ut etiam ex tremis tere fundam etiam fidei collocaret. fm illud. 1. Cor. 13. 49. Dedit te in lucem gentium ut sis salus mea usque ad extremam terram. Spero quod preteriens videbo vos. per quod patet intelligi quod non intendebat ad eos principaliter ire quia reputabat eis sufficere doctrinam petri qui primus inter apostolos romantis fidei predicavit. **Et** quia tunc romani dominabant in toto occidente: eorum auxilio et ducatu se sperabat in hispaniam proficisci: **Unde subdit. Et a vobis deducar illuc.** Intendebat tamen aliquam moram apud eos contrahere: **Unde subdit. Si vobis frui fuero id est consolatus.** fm illud quod supra patet dicitur est. Simul consolari in vobis. et hoc ex parte scilicet temporis quia per aliquod tempus intendebat cum eis consolari. **Sed contra est quod aug. dicit in libro de doctrina christiana quod illis solis rebus fruendum est que nos beatos faciunt scilicet patre filio et spiritu sancto. Inconuenienter ergo dicit se frui esse romanis. Sed dicendum est quod sicut augustinus dicit ibidem homine in se non esse fruentem sed in deo. fm illud ad philo. 1. Ita frater ego te fruor in domino quod est delectari in homine propter deum. Et sic intelligendum est quod dicit. Si fuero frui vobis scilicet in deo. **Et** quod dicit. ex parte potest referri ad bonos quibus poterat frui in deo. Nam alia parte scilicet malis non poterat frui sed magis de eis dolere sicut dicit. 2. cor. 12. 8. **Ne cum venero humiliet me deus apud vos et luceam multos ex his qui ante peccauerunt.** **Deinde cum dicit. Hunc igitur proficiscar. assignat causam quare differrebar visitationem. et circa hoc tria facit. Primum** ponit causas dicens. **Hunc igitur proficiscar id est ideo non statim venio ad vos quia proficisco: hierusalem ministrare sanctis. Circa quod sciendum est quod sicut legitur actus. 4. illi qui ex iudeis a principio conuertebantur ad fidem venditis possessionibus suis de pretio communiter vivebant. quod cum recessisset maxime quadam magna fame imminente ut legitur actus. 11. discipuli scilicet christiani ex diuersis partibus mundi prout quisque habebat proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in iudea fratribus quod fecerunt: mitentes ad seniores per manus barnabe et saul. **Ministerium igitur sanctorum hic dicit ecclesiam quam fidelibus christi attulit in hierusalem fm illud. 1. cor. ultimo. Quos probaueritis hos mittam perferre gratiam vestram in hierusalem quod si dignum fuerit ut et ego eam mecum ibunt. Secundo** exponit quod dixerat de ministerio sanctorum dicens: **Probauerunt enim id est approbauerunt macedonia et achaia id est fideles virtuosos regionis per eum conuersi collectionem aliquam facere id est aliquam collectionem in pauperes christi id est ad usus pauperum qui sunt de numero sanctorum fm illud ecclesi. 12. Da iusto et non recipias prode. Qui sunt in hierusalem in paupertate viuentes. 1. cor. 9. De ministerio quod sit in scos ex abundantia est mihi scribere vobis. Scio et********

Ad Romanos

promptū animū vestrū pro quo de vobis glorioz apd ma cedones. Tertio assignat rationes victoz quoz prima ē beneplacitū. Unde dicit. Placuit ei illis. 2. cor. 9. **¶** Quisq; put destinavit i corde suo nō ex tristitia aut ex necessitate. Secūda causa est debitū. Unde subdit. Et debi tores sunt eoz. 8. 13. Reddite omnibus debita. Rationē autē debiti assignat dicens: Nā si gentiles facti sunt particeps bonoz spūalūz que erāt specialit̄ eoz id est iudeo rum scilicet noticiē diuine et pmissiōnū et gratiē fm̄ illud supra. 9. Quoz ē adoptio filioz dei et glā et supra. 11. Socius radicis et pinguedinis oliue factus es. Sunt eti am facti particeps spūalūz eoz p hoc qd illi p̄dicato res eis miserunt debet et in carnalibus ministrare eis. 13. Illud ecc. 1. 4. In diuisione fortis da et accipe. Et ps. 124. Mitte psalmū id est spūalia. et date tympanū id est tem poralia. Et ex hoc sumit argumentū qd debent sumptus non solū illis qui p̄dicant sed etiā qui p̄dicatores mittunt. **¶** Deinde cū dicit. Hoc igit cū rē. p̄hgit terminū quo ad eos sit v̄turus dicens: Hoc igit cū cōmūnerō scilicet mi nistrū sanctoz et assignauerō eis fructū hūc id est elemo sinam gentiliū qd est quidā fructus cōuersionis eoz. **¶** See 10. Aris frondosa israel. fructus est ei adequatus. **¶** Pro ficiscar p vos in hispaniā. Sed videt h̄ aplūs falsum dice re. Nunq; em̄ in hispaniā iussit legi. In hierlm̄ em̄ ca ptus fuit et exinde romaz platus est in vinculis vt habet acē. vltimo. vbi est occisus simul cū petro. Dicunt q̄ qui vā qd sicut dicit acē. vltimo. cū venisset romā paulus p̄ missus est ei manere sibi met cū custodiente se milite. et po stea dicit qd misit biennio toto in suo cōductu et i illo spa cio dicit em̄ in hispaniā iussit. Sed qd hoc certū nō ē pōt melius dici qd apostolus falsum nō dixit: qd p̄ponebat se factuz quod dicebat et sic verba eius erāt intelligēda q̄si insinuātia eius p̄positū: nō aut futuz euentuz qui ei erat incertus vnde nō poterat hoc p̄dicare nisi forte sub cōdi tiōe quā iacob dicit apponēdā. iaco. 4. Pro eo vt di car: si dominus voluerit si vixerimus faciemus hoc aut illud. Et sic etiā aplūs se excusat. 2. cor. 1. de hoc qd ad eos nō iuerat sicut p̄miserat dicens: Cū ergo hoc volui nū quid leuitate vsus sum aut que cogito fm̄ carnes cogito vt sit apud me est: et nō. Et sic ex hoc qd ex iusta causa p̄ termisit facere qd p̄miserat se imūne dicit a leuitate. car nalitate. et falsitate. Et sic etiā soluit hoc gelasius papa et habet in decretis. 2. 2. q. 2. Beatus inquit paulus aplūs nō ideo qd absit sefellisse credendū est aut sibi extitisse cō trarius: quoniā cū ad hispaniā se p̄misset ituz. dispositi one diuina maioribus occupatus causis implere nō po tuit qd p̄miserat. Quantū em̄ ipsius volūtatē iterfuit hoc p̄nūciauit. qd se vera voluisset efficere. Quantum vero ad diuini secreta consilij qd vt homo nō potuit licet spū s tu dei plenus agnosceret. supna p̄termisit dispositiōe p̄ uentus. Licet em̄ p̄pheti cū spū sū habuerit tū p̄phetis nō omnia reuelant vt patet. 4. reg. 4. vbi heliseus dixit Anima eius in amaritudine est et dñs celauit a me et non indicauit mihi. **¶** Deinde cū dicit. Scio autē rē. p̄nunci s at eis fructū sue v̄sitationis dicens. Scio autē scilicet ex fiducia diuine gratiē qm̄ veniēs ad vos in abūdātia be nedictione xpi veniā id est xps abūdantiū suā benedi ctionem dabit vobis in meo aduentu. de qua dicit in ps. Et em̄ benedictionē dabit legislator: ibūt de virtute i vir tutem. Et sic laban dixit ad iacob. gen. 3. Expimēto vidi ei qd benedixerit mihi deus p̄pter te. **¶** Deinde cū dicit Obsecro ergo rē. petit ab eis orationis suffragia. et p̄mo petit eoz orationes. 2° ipse p̄ eis rogat ibi. De pacē rē. Circa primū tria facit. Primo inducit eos ad orandū p se ex tribus. Primo qdem ex supna caritate cū dicit. Ob secro vos ergo fratres ad philo. 1. p̄pter caritatem aut

magis obsecro. Secūdo ex reuerentiā xpi cuius ipse erat minister dicens: Per dominum nr̄m iesum xpm̄. In quo oēs vnū sum⁹. vt. 8. 12. dicitū ē. Tertio ex bono spū sū qd eius ministerio tradebat. Unde subdit. p̄ter caritatē spū sū quā spū sū i cordib⁹ nr̄is diffundit. vt. 8. 5. dicitū est. Secūdo petit auxilium orationis eoz dicens. Et ad inuertes me in orationibus vestris ad deū scilicet p me fu sis. puer. 18. Frater qd iuuat a fratre quasi ciuitas firma. Hoc autē vt glo. dicit nō ideo dicit aplūs qd ipse min⁹ me reatur qd alij minores sed orp̄nē sequit. primo quidez vt ab ecclia p̄ rectore suo fiat oratio fm̄ illud. j. thi. 2. Ob se cro igit primo omnū fieri obsecrationes. orationes. po stulationes. gratiaz actiones p omnibus hominib⁹. p regibus. et omnibus qd sunt in sublimitate constituti rē. Secūdo qd multi minimi vobz cōgregant vnanimes magis merent. Et ideo impossibile est vt multoz p̄es nō impo trent. Mat. 18. Si duo ex vobis cōfiterentur sup terrā de omni re quācūq; petierit fiet illis a patre qd est in celis. Tertio vt vñ multi orant multi etiā gratias agāt exaudi ti fm̄ illud 2. cor. 1. Adiuuātib⁹ vobis in oratione pro nobis vt p̄ multos gratiē agant deo. Tertio ponit ea que vult sibi ipetrari quoz primū p̄met ad hostes quos ha bebat in iudea. Unde dicit. Et liberer ab infidelibus qd sunt in iudea: qui p̄cipue paulū ipugnabāt et odiebāt: qd fiducialit̄ p̄dicabat cessationē legalū. Act. 21. Audierūt de te qd discessionē docens a moysē rē. Secūdu p̄me bar ad eos in quoz ministerium ibat. Et hoc est qd sub dit. Et oblatio obsequij mei id est ecclia in qua eis minis tro fiat accepta sanctis qui sunt in hierlm̄ scz vt ex hac p uocent ad gratias agendū deo. et ad orandū p ipse gen tibus a quibus recipiūt. ecc. 31. Splendidū in panib⁹ be nedicent labia multoz. Tertio p̄met ad ipsos quib⁹ scri bebat. Unde subdit. Et veniā ad vos in gaudio. et hoc p voluntatē dei cōtra quā nihil agere volēbat. supra p̄mo. Obsecrans si quomodo p̄p̄ter iter habeā in volūtatē dei veniendi ad vos. Et refrigerer vobiscū id est vt ex v̄ra p̄ sentia refrigerij tribulationū meaz accipiam. **¶** Deinde cū dicit. De pacē rē. ostendit qd p̄eis orat dicens: De pacē autē dator pacis sit cū omnibus vobis per hoc scilicet qd vos ad inuicē pacē habeatis. 2. cor. vltimo. Idem sapi te et deus pacē et dilectiōis erit vobiscū. subdit. Amē idē ita fiat. ps. Et dicit omnis pplūs fiat fiat.

Incipit capitulū sextūdecimū.

Quoniam autē vobis p̄ben so rorem nr̄am qd est in ministerio ec clesie qd est chencris: vt eā suscipia tis in dño digne sc̄tis: et assistatis ei in quocunq; negotio v̄si idiguerit. Et em̄ ipsa quoq; assistit multis et mihūpi. Saluta te p̄iscā et aqlaz adiutores meos in xpo iesu qd p̄ anima mea suas ceruices supposuerūt: qd nō solū gratias ago: sed et cūctē ecclesie gentiū et domesticā eccliam eozuz. Salutate ephenetū dilectū mihi. qui est p̄mitiū eccle sie asse in xpo iesu. Salutate maria que mul tum laborauit i vobis. Salutate andronicū et iuliā: cognatos et cōcaptiuos meos qd sunt nobiles in aplis qd et ante me fuerūt in xpo ie su. Salutate ampliatū dilectissimuz mihi in domino. Salutate vrbānū adiutorē nostruz